



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 75. Guido Coquilius fatis functus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. sparsim, confuse & minus dilucide ab aliis  
A. C. 1603. scripta, ipse colligit, ordinat, & ita pr.  
spicue proponit, ut ex alienis propria efficiat.

Vicissim vero Vietam Josephus Scaliger, dum de cyclometricis cum ipso disceptabat, acrius reprehendit, postea tamen cognitis Viri meritis honorifico palinodia seipsum castigavit. Obit Franciscus hoc anno in patria sua di vigesima tertia Februarii. Edidit quidem plurima opuscula, quæ tamen ad modum rara sunt; eoquod illa suis sumptibus cudenda curasset, atque exemplaria penes se retineret, nonnisi inter Amicos suos distributa: præcipue tamen celebrantur ejusdem *Canones in Calendarium Gregorianum perpetuum*, ne non *relatio Calendarii*. Exstant etiam tractatus de æquationum Recognitione & emendatione nova, & de *Algabra nova* præter ipsius *responsa de rebus Mathematicis*, & trattatum de numeroſa potestatione resolutione.

### §. LXXV.

#### *Guido Coquillius fatis funditus.*

*Thuan. l. c.* *Journal des Scavants* *Ephem. 34.* *Teiffier elog.* *tom. 2.* *Eodem fato sublatus est Guido Coquillius Romanei Toparcha Novioduno Eduarum, quod hodie Nivernium citur, anno Christi millesimo quingen-*

tesimo vigesimo tertio natus. Is Lute-

tiæ Parisiorum primum literis huma- Sæc. XVII.  
nioribus, dein juri utrique operam de- A. C. 1603.  
dit, atque in Parisiensi foro Caussidi-  
cum aliquamdiu agens, Patavium con-  
tendit, ut sub Mariano Socino Juniore,  
cujus nomen tum celebre erat, in ju-  
risprudentiæ studio magis adhuc fæse  
perficeret, inde Aureliam, ac paulo  
post Nivernium reversus, supremi Pro-  
curatoris munere decoratus fæpius Au-  
reliam, & Blesas ad Gallicana Ordin-  
num comitia ablegatus est: tandem  
vero Mense Mayo octogenario major,  
Vir de sua ætate & posteritate optimie  
meritus decessit. Quoniam vero, dum  
viveret, opera a se elucubrata typis  
mandare haud curaret, dudum ea in  
scriniis variis dispersa delitescebant,  
unde post ipsius obitum in iis colligen-  
dis multum laboris ac temporis insum-  
ptum: tandem vero post sedulam  
inquisitionem maxima pars illorum in-  
venta est, duobus voluminibus com-  
prehensa, quæ anno supra millesimum  
sexcentesimo sexagesimo quinto Pari-  
siis Billaneis, ac postea millesimo sep-  
tingentesimo tertio anno Burdigallensi-  
bus literis excusa prodiere. Primum  
volumen continet reflexiones ad status  
Ecclesiastici reformationem utiles. Se-  
quitur tractatus de Gallicanæ Ecclesiæ  
libertatibus, in quo Author demonstrat,  
quous-

Sæc. XVII. quousque Regis potestas in administracione politiam Ecclesiasticam concessionante se extendat. Sunt præterea in eodem volumine plura alia opera, quorum maxime memoranda est Nivernensium Historia, in qua præter illæ, quæ hanc Provinciam concernunt varia de annexis Regionibus, & familiis hunc Ducatum olim possidentibus recenset. Alterum volumen varijs jurisprudentiæ tractatus complectitur ac præcipue *Institutiones Juris Galli*, quod opus ob summam utilitatem maximæ habetur. Postea sequuntur innumeræ Juris quæstiones, omnes profunda eruditione agitatæ, ac non solum magno judicio decisiæ. Denique additus habetur Commentarius in Nivernensium statuta, qui tantæ auctoritati est in illa Provincia, ut decisiones tandem hodie dum pro norma habeantur ad dirimendas difficultates, quæ in statutorum illorum interpretationibus occurront.

## §. LXXVI.

*Joanni Petri Mafei extrema.*

*Erythræus  
Pinac. 2.*

*pag. 348.*

*Alegambe*

*Bibl. Script.*

*S. ♂.*

Hunc pariter annum exitiale filii habuit Joannes Petrus Mafeius natione Italus, patria Bergomas, qui hoc anno genere progerminatus utriusque Zanchii